



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XLIX. Zwei Prätendenten auf die Pfarre in Gardelegen vertragen sich vorläufig und bis zur Entscheidung ihres Streites, am 23. Juni 1368.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

XLIX. Zwei Prätendenten auf die Pfarre in Gardelegen vertragen sich vorläufig und bis zur Entscheidung ihres Streites, am 23. Juni 1368.

In dei nomine amen. Anno nativitatis ejusdem M. CCC. LXVIII. indictione sexta, XXIIIa. die mensis Junii — in presentia honorabilis viri domini Johannis, prepositi ecclesie beate Marie virginis in Magdburch, meique notarii publici et testium subscriptorum constituti honorabiles viri domini Hinricus de Wedirden, canonicus ecclesie Magdeburgensis nec non prepositus sancti Nicolai novi fori ibidem ac Johannes de Rothen olim prepositus sanctimonialium in Nyendorp Halberstadenensis diocesis concordaverunt ac consenserunt utrobique pro utilitate parrochialis ecclesie in Gardelege ac pro dotis reformatione et parrochialium ibidem ita, quod idem dominus Johannes de Rothen se de regimine ecclesie et fructibus proventus et redditibus universis intromittat ad regendam et gubernandam ecclesiam in Gardelege memoratam, quousque omnis controversia, que vertitur inter predictos super dicta ecclesia in romana curia vel extra, fuerit totaliter sopita et extincta in amicitia vel in jure, dummodo voluntatem venerabilis in Christo patris domini Alberti, episcopi ecclesie Halberstadenensis, sequestratoris fructuum et proventus prefate ecclesie valeant ad hoc optinere et per hoc sequestratio ditorum fructuum facta per sedem apostolicam in nullo debet violari sed in suo effectu firmiter permanere, requirentes me ut etc. — Acta et data sunt hec Magdeburg in domo habitationis honorabilis viri domini Johannis, prepositi supradicti, — presentibus discretis dominis Petro de Nortstede, Halberstadenensis dyocesis, Laurencio Lowen, Caminenensis dyocesis, et Johanne de Ammenfleve, Magdeburgensis dyocesis, testibus — —.

Et ego Martinus Inftitoris, clericus Brandenburgensis dyocesis, publicus notarius, — hec — propria manu conscripsi. — sigilla sunt appensa ditorum dominorum Johannis prepositi — — Hinrici de Wedirden, Johannis de Rothen, Petri de Nortsteden.

Orig. in M. Mit 4 Siegeln.

L. Heinrich von Wederden erklärt sich in Betreff der Pfarre zu Gardelegen für abgefunden, am 20. September 1369.

— Anno — millesimo CCC sexagesimo nono, indictione septima, vicesima die mensis Septembris — in presentia (wie in Urk. Nr. XLIX.) — — — ibidem et dominus Johannes de Rothen, rector ecclesie parrochialis in Gardelege, idem dominus Hinricus de Wederden sponte et libere recognovit, quod de compromisso inito cum prefato domino Johanne de Rothen esset sibi plene et integraliter satisfactum, unde predictus dominus Johannes requirit me etc. — acta (wie in Urk. Nr. XLIX.) — presentibus discretis domino Petro de Nortstede,